



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Debitores sumus Deo, proximo, & nobisipsis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Debitores sumus Deo , proximo,  
& nobis ipsis.

Psal.33. **D**eo debemus tria, sicut, timo  
rem . Vnde David dicebat. Ti  
mete dominum omnes sancti  
Eccl.11. eius . Et Ecclesiasticus . Time domi  
num , & mandata eius obserua . hoc  
est omnis homo , id est ad hoc factus  
Hier.10. est omnis homo . Hieremias . Quis  
non timebit te rex . Secundo , ho  
norem . Soli deo honor & gloria inse  
culla seculorum Amen . - Apoc. 14. Ti  
mete dominum , & date illi honorem .  
Mat.22. Tertio amorem . Vnde Matth. 22. di  
citur . Diliges dominum Deum tuum  
ex toto corde tuo , &c . Proximo de  
bemus tria, sicut, dilectionem . Rom.  
Ro. 13. Nemini quicquam beatissim , nisi ut  
Io. 15. inuicem diligatis . Et Io . Hoc est pre  
ceptum meum ut diligatis inuicem ,  
&c . Auxilium . Vnde Ioannes in sua  
I can. 3. canonica Epist. dicebat . Non dilig  
amus uerbo , neque lingua , sed opere  
& ueritate . Quod potest fieri duobus  
modis ne quis excusationem habeat .  
Ia. 58. Primo , temporalia ministrando . Ia  
58. Cum uideris nudum , operi eum ,  
&c . Quia qui habet , non habenti det .  
Secundo pro eis orando . Vnde D.

Bernardus. An uero utilius aut effi-  
cacious auxilium aliquod esse potest,  
quam ut orem deuotè pro eo. Tertio  
debemus consilium, quod potest da-  
ri duobus modis. Primo, uerbo,  
Apoc. Qui audit dicat, ueni ad te,  
&c. Et Paul. ad Tessla. 4. Consolamini  
in iuvicem, & edificate alterutrum.  
Secundo exemplo, Bernar. Nullum  
consilium melius arbitror, quam si  
exemplo tuo fratrem tuum docere  
studeas. Nobis ipsis debitores su-  
mus, sicut corpori, & anime. Cor-  
pori debemus tria, sicut, Pabulum  
ne deficiat, uirgam ne accidia tor-  
peat, onus ne laiusat. De his loqui-  
tur Sapientia cibaria, & uirga, & o-  
nus asino; panis & disciplina opus ser-  
uo. Anime similiter duo debemus,  
sicut, compassionem. Ecclesiast. Mi-  
serere anime tuae placens Deo. Ho-  
norem, sicut, eam a malitia peccati  
solicite custodiendo. Ecclesiast. Fi-  
lii in mansuetudine serua animam tu-  
am, & da honorem ei secundum meri-  
tum suum, id est, dignitatem suam.

Cum anima Deo similis sit,  
debetur ei ho-  
nor sicut  
Deo.

Bern.

Apo 2  
I.Tes.4

Bern.

Sap.33.

Ecc.30

Ecc.10